



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Rvperti Abbatis Monasterii Tuitiensis, ordinis sancti  
Benedicti, Theologi antiqui ac plane clarissimi, in Cantica  
Canticorum de incarnatione Domini commentario[rum],  
libri VII**

**Rupertus <Tuitensis>**

**[Köln], 1527**

**VD16 B 3703**

Sicut lilium inter spinas, sic amica inter filias.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34445**

RVP. IN CAN.CANT. CAP.I.  
mihi, quam & supra semel & iterum pulchram  
esse declamavit.

¶ Sicut lilyum inter spinas, sic amica inter  
filias.

¶ Hoc restabat, quoniam ille mihi dixerat, ec-  
ce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra: &  
ego illi, ecce tu pulchra es dilecta nra & decorus  
Hoc (inquit) restabat dicere, quod reuera pulcher  
ipse, & quod ego ad similitudinem eius pulchra  
sim. Cum ergo dixisset, ego flos campi & lilyum  
conuallium: protinus & mihi fidele perhibet  
stomotium, sicut lilyum inter spinas, sic amica  
mea inter filias. ¶ Vbi iam quando lilyum istud  
lilyum conuallium inter spinas? Nimirum in Iu-  
daea, quando toleravit tot & tantas impias bla-  
phemias, sustinuit probra, alapas, flagella, coro-  
natus insuper corona spinea. Sic quondam pater  
Abraham levans oculos, uidit post tergum arie  
tem inter uepres, haerentem cornibus, quem as-  
sumes obtulit holocaustum pro filio: Aries illa,  
animal innocuum, praefigurabat istud innoxij  
candoris lilyum: uepres illae, blasphemias & ma-  
ledicta Iudeorum: post tergum Abraham, quia  
nondum uenerat, sed uenturus erat iste flos cam-  
pi, siue istud lilyum conuallium suo tempore.  
¶ Igitur illic inter detractiones situe accusatio-  
nes Iudaicas lilyum inter spinas & sic amica mea (in-  
quit) inter filias: filias (inquit) non Hierusalem  
sed absolute filios, id est, haereses uanas & ua-  
gas. Filiae nanc, cum absolute dicuntur, fere nuf-  
quam significationem bonam habent, ut illic. Fi-  
liae discurrerent super murum, sed exasperauer-

Lilyum in  
ter spinas,  
Chrūs in  
Iudaea  
Gen. 22

Gen. 49

COMMENTARIO. LIB. I.

25

runt eum & iurgatæ sunt. Inuiderunt illi, habentes iacula. Et alibi. Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu supergressa es uniuersas. Itaq; & spinae & filiæ blasphemiae sunt Iudeorum, sectæ sunt hæreticorum. Quæcunq; huiusmodi spinæ lacerauerunt me, ipsæ & amictam meam lacerauerunt, quæcunque huiusmodi filiæ tibi inuiderunt, & mihi detraherunt. Vbi] ego spinis compungebar, imo & clavis configebar tu præsens patiebaris mente conuulnnerata: & ubi turæ nirginitati affiliab. derogatur, mihi quoq; inuidiose detrahitur. Verum sicut ego spinas pertuli quidem, sed exuperavi: ita & de te ueraciter prædicabitur, quia cunctas hæreses interemisti. Ad hæc inquam,

¶ Sicut malus inter ligna syluarum; sic dilectus meus inter filios

¶ Malus lignum fructiferum, ligna syluar; sine fructu sunt. Sic dilectus meus boni operis, facit fructum, filij vero ociosi & inutiles sunt. Dicunt enim, & non faciunt. Solummodo in hoc opportune gloriantur, quia filij sunt. Semen Abrahæ aiunt sumus, pater noster Abraham est, unum patrem habemus deum. Isti sunt filij & quasi sodales dilecti mei. Itaq; suo quidem arbitrio filij sunt dei, filij Abrahæ: sed reuera ligna sylvarū, imo ex patre diabolosunt, & tanquam ligna sylvarum, quia non solum non faciunt fructum bonum, uerum etiam fructum faciunt malū, suntq; cubilia leonum, habitacula draconum, omniumq; latibula ferarum, id est, spirituum malig-

Prou. ult.

Filij inuti  
les Iudei.  
Matth. 25  
Iohan. 8